



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta
Ta Hellēnisti Heuriskomena**

Origenes

Coloniæ, 1685

Ad Commentaria In Genesin.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79869](#)



PETRI DANIELIS
HUE TII
AD
ORIGENIS
COMMENTARIA
OBSERVATIONES ET NOTÆ.

AD COMMENTARIA
IN GENESIS.

P. I. **M** h̄ δινάδει τοδε διέταξε τὸ
θεόν, &c.) Idem hoc ar-
guimentum persequi-
tur Origenes lib. 2. de
princip. cap. 1. Basilius
autem Hom. 2. in He-
xaëmeron, & Ambro-
sius in Opere cognomini eandem, quam
tractamus, Origenis disputationem prolixè
referunt. Anaxagoræ porro, Pythagoreo-
rum, Platonicorum, Stoicorum, aliorumq;
ea sententia fuit, mundum ex æterna materi-
a Deum condidisse. Videndum Timaeus
Locrus ἡλίου φύσις νέσπω, Plato in Timæo,
Cicerio in Academ. Quæst. Seneca Epist. 65.
Plutarchus lib. 1. de placit. Philos. Laertius
in Platone, & Zenone, Epiphanius Hær. 5.
alii; sed in prīmo Auctōr οὐ φιλοσοφικῶν
nondum editorum: πλάτων ἀρχὰς τὸν πα-
ναρχὸν θεόν, καὶ φύλα, καὶ παράδειγμα Plato, prin-
cipia esse rerū mortaliū Deum, & materiam, &
exemplar: τοῦ: ὁ (υἱὸς) καὶ διεργάτης, καὶ
ποθεῖται καὶ τοῦ διακονικῶν γενέτος ταῖς
καρπα σορχεῖται, ἐπὶ τῷ σωματικῷ κόρμῳ. Quam
(materiam) & receptricem, & nutricem ap-
pellat, ex qua digesta extitisse quatuor elemen-
ta, ex quibus constitutus est mundus. Hoc idem
habet in Anaxagora. Ipsū hunc errorem
castigat Tertullianus in Hermogene Apo-

stata, qui à Christianis conversus ad Philoso- Tertullian.
phos, de Ecclesia in Academiam, & Porticum, ^{adv. Her-}
^{mog. cap. 1.} inde sumpt̄ à Stoicis materiam cum Domino
ponere, quia ipsa semper fuerit, neque nata, neq;
facta, nec initium habens omnino, nec finem ex
qua Dominus omnia posse fecerit: idem ca-
stigat & in Marcione; Dehinc, inquit, si & ^{Tertullian} ^{adv. Marc.}
ille mundum ex aliquam materiam subjacente moli- ^{cap. 15.}
tus est, innata, & infecta, & contemporali Deo,
quemadmodum & de Creatore Marcion sentit,
redigis & hoc ad majestatem loci, qui & Deum,
& Materiam, duos Deos clusit: castigat &
Theodoretus in utroque, Hæret. Fabul. lib.
1. cap. 24. & lib. 5. cap. 5. & Philastrius in Se-
leuco & Hermia Galatia, Hær. 55. Mani-
chæi quoque materiam ^{ἀριντόν} esse scisce-
bant. Rationem reddit Drosarius Marcio-
nistæ in Dialogo de orthodoxa fide, cur id
figmentum propugnare instituerit Valentini-
nus: nempe, ne malorum caussam in
Deum transcribere cogeretur, eam ad ma-
teriam referebat. Mundum quidem è ma-
teria à Deo conflatum crediderunt Philo,
Tatianus, Laeliantius, aliqui; sed è materia
à Deo primum creata, non æterna, tum de-
inde in ordinem digesta, Adi omnino Euse-
bius l. 7. Evang. Præpar. & Philocaliam
cap. 23. At nosfer Origenes non principi
quidem expertem materiam, & ^{ἀριντόν},
A sed

AD ORIGENIS COMMENTARIA

sed à Deo ab omni retro ævo procreatam
admittebat, ut pluribus in Origenianis no-
stris ostendimus.

P. 3. *in iūlīa q̄dī x̄t̄dī n̄t̄dī t̄b̄c̄, &c.] Appo-*
fite ad id Augustinus Tract. 8. in Johann.
Non sub fato cōsideriorum, quia cōsiderat
fatum de sideribus, non poterat esse sub necessi-
tate conditor siderum: & Tract. x. Quid est
enim? Nondum venerata hora eius? non enim
Dominus subfato natus est. Hoc nec de te cre-
dendum est: quanto minus de illo, per quem sa-
cūs es? si tua hora voluntatis est illius; illius
hora que est nisi voluntas sua? Aliquis por-
ro ante Origenem existit omnino dice-
res, qui idem jam attentalit, quod poste-
rioribus hisce sc̄culis ausi sunt quidam, na-
tivitatis Christi thema constitueret: non
quidem necessitate, & altrorum vi coactum
fuisse fingentes Christum, quod ij fingeban-
ti, quos intellectantur Origenes & Augu-
stinus; sed afferentes solum motibus suis
& positionibus mirabilem conceptum &
ortum Christi astra significasse, & natu-
rali modo rem natura vires superantem
portendisse, ac stupendo huic my-
sterio siderum situm consenserit. In his
Albertus Magnus, sive quisquis est auctor
Speculi Astronomiae, postquam Christum
ascendente Virginis signo natum esse dixit,
addit demum: Non quod subfaceret Stellarum
motus, aut earum iudicio naturam deside-
ratissimum, qui treverat ipsas stellaras: sed quia
cum extenderet celum sicut pelle, formans li-
brum universitatis, & designaretur opus incompletum, notuit literis ejusdem deesse, ex eis
que secundum providentiam suam in libro ca-
lestis maiestatis sunt scripta, & istud elongati-
sum in natura, quod de Virgine nascetur: ut
profecto per hoc inveniretur honos naturalis &
verus, qui non naturaliter nascetur. Non
quod figura celi esset causa, quare nascetur, sed
potius significaretur per celum. Posterior illo
Petrus de Aliaco querit, in Gen. 30. & libr.
de legib. & sc̄ctis, Stellarum polituram de-
scripti, quā nascente Christo obtinebat.
Denique Hieronymus Cardanus libr. 2.
Commentar. in Ptolemaei Tetrabibl. the-
ma ejusdem genitrix proposuit. Sed omis-
sis cæteris argumentis, vel uno hoc vanitas
eorum coaguntur. Contulerunt natalem
Christi ad VIII. Calendas Januar. ad eum-
que diem nativitatem ejus accommoda-
runt: pro certo habentes eo die existit
ipsum in lucem, quod dubium in veteri Ec-
clesia & controversum fuit. Plurimæ
Græcorum Ecclesiæ natalem & Bapti-
stum Christi uniuersitatemque diei adscripte-
runt, qui dies erat VI. Januarii. Vigebat
eadem sententia apud Syros & Ægyptios
Christianos, ut testantur Epiphanius &
Cassianus, Vetus aliorum opinio fuit na-

tum esse Christum VI. Id. Nov. de quibus
itidem alicubi Epiphanius. Quidam circa
æquinoctium autunnale contigisse id op-
natis sunt. Romana vero Ecclesia ad VIII.
Cal. Jan. celebrabat natalem Christi, at-
que hanc consuetudinem reliqua Ecclesiae
tractu temporis inde sumserunt. Demon-
strent ergo primum supra memorati Ge-
nethlialogi, quo die natus sit Christus,
tum postea viderimus de genituris, quas
parum inter se consentientes posuerunt.
Nam Librum in Horoscopo constituit Carda-
nus; Albertus vero, & Aliacius Virgi-
nem. Hos fecellit Albumasar vetus Astro-
logus Arabs, qui imagines recensens, quæ
cum Virginem ascendentem (juxta Periarum,
Indorum, & Ægyptiorum doctrinam, qui
cum singulis Signorum Decanis imagines
quasdam ascendere fingeant) in primo
Virginis Decano Virginis imaginem collo-
cat, formolæ, puerum gestantis & lactantis.
Nutrit puerum, inquit, dans ei ad comedendū
in loco qui dicitur Abrye, & vocat ipsum
puerum quodam genitum Iesum, cuius interpretatio
est Arabice, Ecce, & ascendit cum ea stella Vir-
ginis aeterna. Tunc subiungit Albertus: Et
jam scimus, quod sub ascendenre parte ejusdem
signi, scilicet Virginis, natus fuit Dominus no-
strus Iesus Christus. Quasi ita Albulmarius
pertineant ad natalem Iesu, quæ ad unam
hanc Virginem spectant. Aptius ad men-
tem auctoris Rogerus Baconus, homo sua
ætate doctissimus: Intentio est, quod beata
Virgo habet figuram & imaginem intra decim
primos gradus Virginis, & quod nata fuit quando
Sol est in Virgine, & ita habet signatum in
Calendario, & quod nutrit filium suum Christum
Iesum in terra Hebreorum.

et d'esse &c.] Simoniani, Valentiniiani, Cerdoniani, aliique complures Hæretici duo principia, seu Deos duos statuerunt; alterum malum, sed iustum, mundi conditorem, Legis opificem, bonum alterum, Christi Patrem, & Novi Testamenti auctorem. Tertullianus, & Irenaeus adversus hanc doctrinam non legniter velitati sunt: Origenes vero passim. Hæc à Magis ortum duxit välania, quos duo itidem principia, bonum unum, malum alterum posuisse prodidit Aristoteles, ut discimus ex Laëtio in Proem. ἀριστότελος δὲ τὸ περὶ φύσεως φιλοσοφίαν, καὶ αριστο-
τέρους τοῦ τοντούτων (μαρτυρεῖ) καὶ δύο εἰς αὐτοὺς οὐκ εργάζεται, αὐτὸν διηγεία, καὶ γάρ τον διαγνωστικόν.
Aristoteles autem in primo de Philosophia, & antiquiores esse Aegyptios (Magos) & duo ju-
xta illos esse principia, bonum Dæmonem, & ma-
lum Dæmonem. Author quoque φιλοσοφίαν,
quæ Origeni vulgo tribuuntur, scribit Zara-
tam Chaldaicum docuisse, δύο διάφανα τὸ
τὸ φύσης εργάτη, τὸ δὲ χρόνον. Καὶ τὸ μὲν χρόνον
αντίτιν τὸ θέατρον εἰς τὸ γῆρας, τὸ δὲ φύσης, τοπ,
αντίτιν τὸ θέατρον εἰς τὸ γῆρας, τὸ δὲ φύσης, τοπ,

OBSERVATIONES ET NOTÆ.

μετέχον τῷ ἀριθμῷ, οὐ περιπλόκον, οὐ τυχόν. Porro bonum Dæmonem Perfite appellabant Oromafden, malum, Arimanin, ut docent Plutarchus in Iside & Themistocle, Laertius in Proœmio, & Agathias libr. 7. Qui Manichæos isto Origenis loco significari cedidit, mēminisset Origenis ætate postiores eos fuisse.

P. 4. ^{ταῦτα γνωσκεται]} Hæc παρέλανον conjecturam err. cap. 17. Astrologiam Dæmonum inventum esse tradit.

P.4&5 localia, neque sententiam labefactant.
ἔργων προφητῶν Εἰσέποιεν, &c.] Vel Psalmum 40, aut 54, aut 103, intelligit, qui Iudei perfidiam vaticinatur ; vel quod verisimilius est, id est ex hypothesi, fingens Propheticum aliquem librum Iudei prodictionem complexum extitisse, qui fortasse nullus fuit.

τρόπος εἰς λεκτικὸν ὅτι, &c.] Boethius lib. 5, de Consol. Prof. I. Concurrere vero, atq[ue] confluere causas facit ordo ille inevitabilis connexione procedens, qui de providentie fonte descendens, cum eius locis temporibusq[ue] disponit. Atque illud est quod Fatum Stoici appellabant, ē quorum Scholis multa de- promisit Origenes ; connexionem nempce

P. 5. *αὐτὸς δέ τινες ἀρίστες*] Ita plerique Philo-
calia Codices: nonnulli tamen habent, *αὐτοὶ τινὲς τινὲς τινὲς*, *τοῦ λόγου*] Libri aliquot Philo-

P. 6. calia sicut habent: aliqui, *πρότυπον*. Plutarchum de fato, & de placit. Philosoph. lib. i. cap. 27-28. Laërtium in Zeno, Chrysippum apud Gellium lib. 6. cap. 2. Plutonium Ennead. 3. lib. 1. & Augustinum lib. de Civitate Dei cap. 8.

μωχλὸς οὐκαπῆς οὐκαθάσιον] Alias, συγκλέσσω.
ιηδόντειται] Legendum omnino δόντειται ου.
Ita aliqui Philocalici Codices; ita optimas
rās Editiones, & Codex Marchali, & οὐ τρές
Theodotero sēpe laudati: ita Syrus quo-
que & Arabs.

τε τῶν παρὰ διάδεξες, &c.] Quinque enim
principiū numerantur Alexandri successo-
res, Ptolemaeus, Antigonus, Seleucus, Cæ-
sander, & Lysimachus: quorum illustrio-
res priores quatuor, Joseph. l. 12. Antiq. c. I.
καὶ ποιῶν δὲ εἰς πολλούς τὸ ἀρχῆς (ἀλεξανδρεῖ) αὐτό-
νομογένης οὐδὲ διατείνει. σέλευκος δὲ τοῦ βασιλεύοντος,
τοῦ τότε εὖλον. λυσιμάχος δὲ τοῦ αἰλινούντος
περιείλευτος πολιορκεῖσθαι τοῦ αἰλινούντος. πα-
τέλευκος δὲ τοῦ λαζαρίου αἰγαίου εἶναι. Cum ad
lures imperium (Alexandri) recidisset, An-
tigonus quidem Asiam obtineat; Seleucus vero
Babylonem, & vicinas gentes; Lysimachus au-
tem Hellespontum rexat; at Macedoniam ha-
bitat Cæsander; Ptolemaeus vero Lagi filius
Aegyptio poritus est.

P.7. Comment.
in regi in pueris &c.] Tertullianus de idolol. cap. 9. *Vnum propono, Angelos esse illos desertores Dei, amatores feminorum, preditores etiam hujus curiositatis, (Astrologia) propriece quoque, damnatos à Deo. O divina sententia, usque ad terram pertinax, cui etiam ignorantes testimonium reddunt! Expelluntur Mathematici, sicut Angeli eorum: Urbs & Italia interdicunt Mathematicis, siue tamen Angelis eorum: eadem pena est exilio discipulis & magistris: & libr. de habitu muliebri, c. 2. Nam & illi qui ea constituerunt, damnati in penam mortis deputantur: illi scilicet Angeli, qui ad filias hominum de celo ruerunt, ut bac quoque ignominia feminæ accer-
tar. in Epist. ad Rom. Quæ ratiocinatio deinde trita est & per vulgata ab iis Patribus, quorum loca colligit Tarinus in Philocaliam p. 706. & a Procopio Gazæo in cunctem hunc quem tractamus Geneœs locum. At eam tamen non probat Boëthius lib. 5. de consolat. Prof. 3. Neque enim, inquit, illam proborationem, qua se quidam credunt hunc questionis nodum posse dissolvere. Ajunt enim non ideo quid esse eventurum, quoniam id providentia futurum esse prospecterit; sed è contrario potius, quoniam quid futurum est, id divina providentia latere non posse. Et Augustinus lib. 15. de Trinit. cap. 12. Universas creaturas suas, tam spirituales quæ corpora-*

P. 8.

AD ORIGENIS COMMENTARIA

les, non quia sunt, ideo novit, sed ideo sunt, quia
novit. Quod non repugnat tamen usitato
illi Patrum dogmati, quo res ideo prae nosci
dicuntur a Deo, quia futura sunt; nam ita pre-
nosci dicuntur notiones, seu scientia quam vi-
sionis appellant: Augustinus autem ideo res
esse dixit, quia novit Deus, notione videt
et simplicis intelligentiae, ut vocant. Quo
recidit solutio illa quam adhibet S. Tho-
mas, p. i. q. 14. a. 8. respondens loco Origenis
ex Epistol. ad Rom. objecto: *Origenes*,
inquit, *locutus est attendens rationem scientiae*,
qui non competit ratio causarum, nisi adiuncta
voluntate. Sed quod dicit, ideo presicre Deum
*aliqua, quia sunt futura, intelligendum est se-
cundum causam consequentiam, non secun-
dum causam fieri. Sequitur enim, si aliquae*
sunt futura, quod Deus ea praescierit; non ta-
men res futurae sunt causa quod Deus sciat.

P. 10. v. γέτεμε, &c.] Quæ sequuntur, iis-
dem scire verbis in Commentarium suum
transtulit Procopius Gazæus.

πρὸς διεγένετο εὐχερόθη, &c.] Perturbata hæc
erant in Philocalia, quæ proxime à vero ita
restituebat Tarinus: καὶ γὰρ πρὸς διεγένετο εὐχερόθη,
ερεπότιθη, &c.

P. II. *et de his quæsi] Hoc est, pertendit, verum
quærendo objicit.*

Φέρε δὲ, ἀγωνισώμεθα καὶ, &c.] Sydera, rerumne humanarum ποιτικὰ [eu ἀποτελεῖται

sunt; an *opposita* solum, dubitabat Plato, dubitabat & Seneca. Posteriorem sententiam amplexi sunt Origenes, ejusque *æqualis* Plotinus Enn. 2, lib. 3, cap. 1. & 7. & Enn. 3, lib. 1, cap. 6. & ex Plotino Macrobius lib. 1. in Somn. Scip. cap. 19. & Auctor posteriores Commentariis in Job, à Peronio Latine redditi, & Origeni vulgo adscripti in Job. 38.7. Hanc autem doctrinam impugnat Augustinus lib. 5. de CIV. Dei, cap. 1. *Quod si dicuntur, inquit, stellæ significare portum ista, quam facere, ut quasi locutio quadam sit ista positio, predicens futura, non agens (non enim mediocriter doctrinarum hominum fuit ista sententia) non quidem ita solent loqui Mathematici, ut verbi gratia dicant, Mars ita positus homo dicam significat, sed homicidam facit, &c.* Fusius autem & acrius eandem confutat Procopius in Gen. 1.14.

τὰ παρελθόντα ή ἔτερον, &c.] Editio Vigeri, διὰ ἔτερον πᾶν, alias ejusdem Codex, οὐδὲ ἔτερος, quod ipse sicutus est. Hæc non improbus; sed tamen Stephani lectio ferri potest, emendes modo, οὐδὲ ἔτερον.

τῶν ὥρας λαβόσθε ταῦτα τὸν Ἀὐτοπόντιον.] Natalem
horam videlicet, uti appellatur Horatio; seu
fati horam, uti à Juvenale: idem dixit: hora
sumitur ex libro; & Petrus: nata fidelibus
hora; & inde οἰδησκοπεῖν.

[v. 14] nādēcr, n.] Lego: *nādēlōv n.* res clara est,
nec eget probatione.

[¶] τῆς ἀναλογίας, &c.] Quatuor geniturae

**cardines enumerat, *ἀπόστολος*, δέσιν, μετρητα-
μα, quod corrupte apud Firmicum lib. 2.
cap. 18. *μετρητα* appellatur, & *ιντερεσ*, seu
ἀντερεστάνων. Horum siglis vocem ad ea
formari nonnulli subinde cum observal-
sent, mirabiles inde allegorias excogita-
runt.**

ωθεὶ πατέρες πότατον.) Plotinus lib. i. cap. 5.
Fnn. 3. οὐ μηδὲ τὸν πάτερα τοῦ πατέρου, διὸ τὸν πατέρα
δὲ φίλον. & τοιμῶν σημάτων, τίποτε οὐ κατέπιπται
συνεισεῖσθαι τύχαις, οὐδὲ τῷ πατέρων οὐδὲ τῷ τοῦ πα-
τέρων λόγοις, οὐδὲ αὐτοφύοις, οὐδὲ τοῖς θανάτοις,
& οὐ γεννημάτοις ταῦτα φέρειν. ἀναπτύξας τούτοις
τοῦ οἰκείου ποιῶς, οὐ εἴσιν οὐδέποτε χίτου ήτο τὸν ἄρρενα
ποιεῖ, οὐδὲν δὲ πατέρων οὐτούς εἶναι λέγεται; οὐδὲν
τὰ φύσει τοῖς αὖτας πατέρων, οὐδὲν εἰκάσια ποιεῖ, οὐδὲ
ταῦτα. Quippe etiam parentum fortunas si-
liorum generatione; filiorum conditaneas cu-
jusmodi erunt, & quos incurrit causa ab ipsis
parentibus, de iis qui nondum sunt nati, predi-
cunt. A fratribus quoque genituris saepe fra-
trum mortes: & ex multib[us] qua ad viros
pertinent, & viciissim ex his illa conjectam.
Quomodo igitur uniuscujusq[ue] habitus adse-
rafacit ea, que jam ex patribus habiturus esse
dicitur? Aut enim priora illa efficiendi vim
habebunt; aut si illa non habeant, negneista.
Eadem hæc Origenis repeatunt Procopius
in Gen. 1. 14. & Philoponus lib. 4. φείξι-
μονοῖς, cap. 18.

*καθ' ὁ δῆμος] Malim, καθ' ὁ δῆμος, quam P.11.
quod proponebat Vigerus, καθ' ὁ, τι δῆ.*

Sioropeg èv τῆ φρεστευχῇ Φιλονίῳ, &c.] Liber apocryphus, cuiusmodi libros saepe laudat Origenes. Laudatur & Tom. 5. in Johann, & ab Athanasio, sive quisquis est Auctor Synopseos, & à Procopio in Genet.

in circumcisione &c. &c.] Philip. 3. 5.
Tunc est in baptismo, &c. &c.] Nec si tantum,
fed *Egyptii etiam appetente decimo*
quarto anno circumcidabantur: testis
Ambrosius lib. 2. de Abrah. cap. II. Aegyptii
quarto decimo anno circumcidunt mares. [faci-
mi-

OBSERVATIONES ET NOTÆ.

minas eodem anno circumcidit ferunt, quodab
co videlicet anno incipiat flagrare passio viri-
lis, & feminarum menstrua sumant exordia:
& Strabo lib. 17. ἐπει τὸ δὲ οὐκέπονον μαλι-
στα περὶ ἀπόστολον, τὸ πάντα περὶ τοῦ θεοῦ
ἡ τὸ στέλεχον, τὸ θεοῦ εἰδώλων. Id quoque
maxime student, ut genitos quoque infantes a-
lant; eosdem etiam circumcidant, feminas ve-
ro excidant. De Aegyptiis loquitur: affal-
litur, cum subiectis idem Iudeis fuisse in usu.
Origenes Homil. 5. in Jerem. οὐκέπονον τὸ
διεθετὸν λέγει, ὃ μέντοι εἰ εἰς τὸ μαλίστην
ποιεῖ, ἀλλὰ τὸ θεοῦ εἰδώλων. Τόντοντον εἰδώλων
εἰς ἕτερην πονηρίαν Circumciduntur, secundum
id quod servabile est inquam, non solum hi qui ex
circumfisione sunt secundum legem Moysis, ve-
ram etiam alii multi. Aegyptiorum idolis sa-
cerdos circumciduntur. In quem locum
nonnihil infra commentabitur. Nunc
quoniam de mulierib[us] circumcisione men-
tionem injecerunt Strabo, & Ambrosius,
ritum ipsius aperiemus. Ea sit resectione
στύμφας, qua pars in Australium præsertim
regionum mulieribus ita excrescit, ut ferro
sit coercenda. Id tradunt Medici insignes
Paulus Aeginetabil. 6.c. 70. & Aëtius Te-
trabl. 4. Serm. 4. cap. 103. Quorum hic ita
pergit: Quapropter Aegyptia visum est, ut an-
sequam exuberet (pars illa corporis) ampu-
tetur, tunc preceps cum nubiles virginis sunt
elocande. Rem tangit Origenes, cum ait
Hom. 6. in Ezech. Adversum masculos vir-
gines ejus in lumbis est; ad versum feminas virtus
ejus in umbilico ventris est. Et vide, quomo-
do honeste viri mulieris, genitalia obiecta no-
nimiribus Scripturarum nuncupaverit, ne per ea vo-
cabula que in promptu sunt, turpitudinem signifi-
caret. Si intellectum est exemplum, quod
protulimus de Iob, intellige mibi quia ut in vitro
præputium circumciditur, sic in femina umbili-
cus amputatur. Quod igitur necessitate
primum inveðum est, religione postmo-
dum usurpatum fuit, quod & aliqui de virili
circumfisione opinati sunt, ut postea dice-
mus. Porro hanc consuetudinem circum-
cidendarum mulierum hodieque retinere
Aegyptios ferunt ii qui regiones illas lu-
strarunt, ignemque ad compescendam par-
tis hujus luxuriam adhiberi. Scribit Belloni-
nus libr. 3. Observ. cap. 28. morem humi-
sevarae feminas in Persia, & Cophtas etiam
in Aethiopia, Christi licet nomen professas.
Leo Africanus libr. 8. narrat Muhammedi
lege id praescribi, quamvis in Aegypto tan-
tum & Syria obtineat, munusque id obire
vetulas quasdam, per vicos Cari ministeri-
um suum venditantes. Porro haec Orige-
nis dum repræsentat Procopius, aliqua ex
parte mutavit, si modo Latinæ interpreta-
tioni quam ad manum habeo, fides est.

τὸ πατέρινον δέ τινας τὸν αὐλαῖον, &c.] Hi-
mantopodes Aethiopes hos cīle censebat
amicus meus summus & popularis Stephan-

nus Monachus, magnum rei literariæ colu-
men. Erant apud Aethiopes quidam, Hi-
mantopodes dicti, hoc est, loripedes, quod
cruribus lori instar flexis & fluxis, serpere
potius quam ingredi viderentur. De his
Mela & Solinus ita videntur differere, quasi
id vitium tota aliqua gens ab ortu retulerit.
Bene vero est quod ex Origene discimus ta-
les arte factos fuisse, non natura; nec totam
gentem, sed quosdam tantum genuum pa-
tella fuisse mulctatos; eos fortasse quos do-
mi desiderare vellent, non ad bella exire,
quoque domesticis officiis & privatis, non
campestribus vel publicis destinarent.

τὸς γὰρ ταῦτα ποιῶν, &c.] Trata illa &
per vulgata aduersus Genethliacos argumen-
ta sibi objicit Firmicus cap. 1. lib. 1 quæ
deinde cap. 3. dissolvit.

τοιοῦ διερροποιίου. οὐτε δὲ τὸν, &c.] Recta
videtur & sana hæc lectio: ἀστροσκοπία
enim eadem est quæ & μεταφράσαντες μετάφρασαν
enim nomine sydera quoque continentur.
At φυσικαὶ λόγοι ea est, quæ & ἀποτελοματι-
κοὶ, seu προσοττικοὶ, seu πονηροὶ, quam & ἀστρο-
λογικοὶ appellant. Prior illa circa stellarum
motus & χρηματοποιία veratur, quibus futura
hominibus à Diis significari & portendi
Ethnici crediderunt: nam Solis pīta, Lu-
næque defectus Deorum iram nuntiare sibi
perfluerunt. Ipsi quoque Christiani si-
gnajudicii postremi, non caussam, in Sole,
Luna, & Stellis futura sciunt, multaque ab
his portendi, non effici. Vide omnino Basi-
lium Hom. 6. in Hexaēm. Ambrosium in
opere cognomini lib. 4. cap. 4. sed præfer-
tim Procopium in Genet. 1. 14. Genethlia-
corum autem doctrina humanarum rerum,
five casu contingentium, five sponte gesta-
rū significacionem & caussam syderibus tri-
but. At quoniam veteribus fere Astro-
nomis solenne fuit, non διερροποιία tan-
tum, & φυσικαὶ λόγοι excolere, sed priorem
etiam posterioris causa; astrorumque sci-
entiam ad futurorum prænotionem con-
vertere, inde factum est, ut utraque ad futu-
ri scientiam pertinere dicta sit. Ptolemaeus
Procem. Tetrabil. Rerum in quibus est pro-
gnosticabili scientia stellarum cognitione, magnas
& præcipias duas esse deprehendimus. Quarum
altera qua precedit & est fortior, est scientia So-
lis & Luna, nec non quing. stellarum erraticarū
figuras demonstrans, quas siuorum motu causa
& unius ad aliam, eorum, ad terram collatione
contingere manifestum est. Altera vero est sci-
entia, qua explanantur & mutations & opera
qua accidunt, & complentur propter figuræ cir-
cuitus eorum naturales, cīs in rebus quās circun-
dant: & ante Ptolemaeū Manilius l. 1.
Astron.

Iuvat ire per ipsum

Aera, & immenso spatiante vivere cœlo,
Signaque, & adversos stellarum noscere cursus.

A 3

Quod

6 AD ORIGENIS COMMENTARIA

*Quod solum novisse parum est: impensis ipsa
Scire juvat magni penitus praecordia mundi.
Ceterum eandem hanc Origenis ratiocinationem persequuntur & exponunt Basilius Hom. 6. in Hexam. Ambrosius lib. 4. cap. 4. Hex. Philoponus lib. 4. ~~met~~ tñs nobis. cap. 18.*

τι μάλλον δύο τρία δεξιών, &c.] Plotinus Enn.
3. lib. 1. cap. 5. εἰ δὲ οὐτὶ εἰς τὸν τῶν ἀστρών χάριν
ορόποτε πέπλεσται λέγεται, ταῦτα νόμιμα παρὰ τούτην
των ποιεῖσθαι τεκμαρίζεται. έμαστε μὲν καὶ οἱ οἳ ποιεῖσθαι
τοῖοι οἱ σημαίνοντες εἴναι, καὶ πάντες αἱ θεάστεραι οἱ
μάντεις προφέτεσσιν⁵ Sin autem ex eo quod habi-
tudinem stellarum suspicentes singulis futura
pronuntiant, ab illis fieri quoque opinentur: per-
inde id se habebit, ac si aves corum que signifi-
cans causa forent: similiterque si emnia, quo-
rum inspectione vates praesagiant facere etiam
qua formificant, dicerentur.

P. 14.

^ε μένον τὸ κτήπος, &c.] Procopius Gaz.
in Genet. hunc locum exscripsit.

Φέρεται δὲ θεωρεία, &c.] Motus hic est, qui Praecessioneis aequinoctiorum ab Astro-nomis vulgo appellatur, quo stellæ fixæ ab aequinoctii & solsticij cardinalibus digressæ, super polis zodiaci, & τὰ ἵπτηδα paulatim verti compertæ sunt. Hunc autem motum, ex Tropocharidis, Hipparchi, suisque adeo obseruationibus, centum annorum spatio gradum unum absolvore Ptolemaeus statuit lib. 7. Magn. Construct cap. 2. ὡς ἐν τέτον τῷ ἑμίσει μερὶς εἰς τὰ ἵπτηδα καθέχοντων ἐν οὐα-τοῖς 1215 ἔτεσι γεννημάτων ἐφικτῆς, οὐδέποτε ἡ ἵπτηδα ζευκτονοματικὴ φαίνεται. Ut ex iis unius gradus in consequentiā progr̄io intra centum propemodum annos confici deprehensa sit, quemadmodum & Hipparchus sup̄picatus esse videtur. Ex quo efficitur 36000. annorum decursu totum circumlocutum Fixas evolvere, qui annus Platonicus, sed annus magnus dic-tūt a nonnullis. Tardiorem vero hunc motum faciunt Tabulae Alphonsinæ, ita ut cotis 49000. annis periodum hanc absolvit Rex Alphoninus crediderit. At brevioribus cam spatiis determinavit Albategnius, nec plus quam 23760. annos ei tribuit, quippe quam 66. quoque anno gradum unum ex-solvare deprehenderit: quam sententiam obseruationibus suis longe accuratissimis ad verum proxime accēdere confirmavit Ty-cho, nam intra 67. annorum spatiū gradu-no fixas εἰς τὰ ἵπτηδα progr̄di, totumq; lud curriculum 24120. annis peragrat oīperit. Jam vero ut ad Origenem re-camus, motum a Ptolemaeo constitutum exp̄sile enim liquet: hujus verba male ab interpretibus accepta sic rectius converte-tes: Fertur sane Theorema, obtendens Zodia-cum circumlocutum, perinde ut Planetas, deferri ab casu in ortum, intra centum annos graduando.

*et in rōntē, &c.] Loci hujus hiatum
ratio pendula arguit. Hunc sic explebat*

Vigerus: ὁσαι μορφώματα Θ., ἢ μὴ λαμβάνειν
τὸ δὲ τέλος εἰς τὸ μορφώματα Θ., ἀλλὰ εἰς τὸν τόπον &c.
ἴσως δὲ τοῦτο συγκεχωρίειν, &c.] Vide in
hunc locum Salmafium de annis Clima-
etericis, p. 619.

καὶ ὁ αὐτολάσσης τὸ ἀνάλογον, &c.] Locum P. i.
integrum profert Philoponus ~~εἰδι~~ κοσμόν,
lib. 4. cap. 17. qui talis est: καὶ ἵπποντος δίδι-
τος θύμοφυλάκους μεγάλους, εἰς τὸ φωτεινόν
μέγαν εἰς ἔξοδον δὲ μέρκατον διών τὸ φωτεινόν
μέρον εἰς ἔξοδον δὲ νοτίον. Et fecit Deus duobus
luminaria magna; simul luminare magnum in po-
testatem diei; & simul luminare parvum in po-
testatem noctis.

Vide Laërtium in Zenone, & in eum Observationes Ægidii Menagii, viri omniurbanitatis, doctrinæ, & humanitatis genere florentissimi.

χρήσιμη τῷ θεάποντι νόονται] Ita habet T-
rini editio, & ita legebat quoque Genebradus:
P. 16.
vitiose, si modo mendosam scripturam
integram scimus seponere. Quod si con-
jectura locus est, ita legendum esse su-
spicari possit: καὶ τὸ τὰ θεάποντι νόονται
νόονται.

δινητωταὶ εἰπεῖν, &c.] Sic ipse in Epistola ad Africanum: sic saepe Hieronymus. Non frustra ergo suminam Aquilæ in interpretando fidem prædicavimus in libris nostris de interpretatione.

τὸν ἀλλο πεποίησεν] Male recentior Interpres, aliud nihil fecerit; recte Genebrardus, non aliud posuit; τοιούτοις enim λαζανότα, πονεῖ, σcribere, ut docent Grammaticorum filii. Clemens Alex. Strom. 6. ὅρθε τῶν πονεῖσθαι, &c., εὐεμήδισκος πεποίησεν, &c., σολάνης πονεῖσθαι, &c., initio libri; & ita λαζανότα Origenes.

ἐκπεπλωμασιν. Κτήτο] Valentiniiani videlicet, Marcionistæ, aliique eorum corporati.

ἐνγνωμονεῦτες μὴ προσκονοῖτε.] Hoc est, qui sentiunt, non ut Interpres, cordati & finiori.

IN EXODUM.

ως εἰδει καὶ ἀποκλήρωσιν] Interpres; autori. P. 1⁷.
tate sua; melius Genebrardus, *fortitio:*
verre, *fortuitio*, *temere*. Vide Nos infra
ad Tom. 15. Origen. in Matth. 20,1,16.
ad p. 398. & ad Tom. 17. in Matth. 22,1, &
seq. ad p. 476.

ἐπὶ δὲ τῶν ἀποκευμάτων, &c.] *Lego* ταῦτα τρεῖς ψηφίσ. & *verto*: *unum autem ex reconditis esse*, *sinceram super illo Scriptura loco interpretationem.*

μη τε τολμῶντες τὸ δῆμον,] Scribit enim P.18.
Epiphanius Hær. 42. cap. 3. 6, 7. 13. præter
duo